

prodidit, quando in congressibus variis et linguarum qua-
rundan Orientalium se peritum esse, et in ploribus fidei
capitibus cum Lutheranorum coetu, rumpantur ut illa Papa,
contra Pontificios sentire docuit. In antiqua illa disceptati-
one de Spiritus Sancti origine, ita sua exposuit sententia, ut
in solo a Filio processionis modo distare a nobis videatur.
Diserte est confessus, Spiritum mitti a Filio, ejusque esse Spi-
ritum, Patremque et Filium unam habere processionem. Spiritum
veneri, h. e. spirandi potentiam. Omnes igitur ac singulos, qui
saverit Christi membris, magnopere rogamus, ut Virum hanc
doctum probumque, sincero complectantur amore, et eis sibi
obligent obstringantque beneficiis, ut reversus ad suos non
querendi, sed predicandi causam habeat. Per scriptum in
Academia Genensi, ipso Pentecostes festo. M. DC. XCII.

(L.S.)

Christianus Mildvogel, J. U. D. Mag.
Consiliarius Saxo-Vinariensis
austriacus et Land: Prof: publ:
h. t. Academia Rector.

443.

L. B.
Cum protixa honoris debiti delatione.

Equidem Graecia priscam suam mutavit faciem, et quo
luxit ante, cum post sadmam ex Phoenicia eo deferentem
litteras tot ingenij principes hanc ipsam ad admirationem
summam illustrarent, jam proli dolor! foedissima Turca-
rum gentes et impiissimum mundata coluvie luce sua et ele-
gantia exuta est. Illud tamen haud invita veritate pro-
nunciare possumus, ibidem prodire adhuc hodie Viros cla-
rissimos, qui Apostolorum, Patrum suorum doctrinam
sequuntur, imo et animam suam ad litteras et honestam
antium studia appellunt assidue. Et vix elapsa tria lustra
sunt, cum

sunt, cum in Germania nostra fidem his fecit Athanasius
 Cremona Abbas Iberorum in monte Macedonia. Atho, qui ex
 Graecia patria sua ad nos advolans eruditionem suam doctis
 approbavit omnibus. Jam vero testem hujus Tibi, L. B. Sisting
 venerabilem clarissimumq; Virum Dr. MERCVRIUM LAS-
 CHERM in Insula Pathmo pro coeteris exilio Johannis The-
 ologi nobilitate, Presbyterum dignissimum, qui in Religionem
 Augustinam diligenter magnis itineribus inquirens, nos etiam
 adiit, et plus vice simplicis scientiam et suam insignem et piam
 moram rectitudinem demonstravit, quando in colloquio et or-
 sum linguas aliquot orientalibus et exoticis se potuisse opti-
 me, et idem unumq; si paucula excipias, in fide cum Luthe-
 ranorum societate sentire testatus est. Dissensum illum quod
 attinet, de Spiritus Sancti processione, credere se et pie am-
 plecti doctrinam orthodoxam, quod a Patre et Filio procedat,
 ingenue est confessus. Quemadmodum igitur laudatus LASCH-
 ERUS cujusq; amore sincero et singulari favore multo signifi-
 cantius est, ita omnes ac singulos, qui Christum in membris
 diligunt ex animo obtestamur sancte precari, ut virum hunc
 doctum, eo, quo par est, favore protegi, suaq; ope ac bene-
 ficis juvare, et provehere non dedignentur. Qua in re non
 modo Dei Ministrum summo opere Tibi, B. L. devinices et
 obligabis, sed et de toto Lutheranorum coetu mereberis optime
 Ita enim statuas volumus, LASCHERUM hunc ad patrios la-
 res reversum et tuam et communem Lutheranorum pietatem
 et benignitatem merito suo deprecaturum. Ita speramus,
 imo confidimus plane, qui has literas publico Monasterij
 sigillo munivimus prescriptas. Berge prope Magdeburgum
 fert: Nonas Junij Anno recuperata salutis MD. LXXII.

(L. S.)

Fredericus Wolffhard, consil:
 Brandenb: et Lib: ac Imper:
 Coenobij ad montem
 Magdeb: electus atq; confirmatus
 Abbas.